Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus Lectio xi.
eius impendere. postremum vero si necesse sit. etiam mortem
nostram pro eisdem ovibus ministrare. A primo autem hoc minimo pro
venitur. ad postremum maius. Sed cum incomparabiliter longe
sit melior anima qua vivimus a terrena substantia. quam exterius
possidemus. qui non dat pro ovibus substantiam suam. quando pro hiis da
turus est animam. R. Veniens a libano quam pulchra facta es. Et
odor vestimentorum tuorum super omnia aromata alleluia. V. Speciosa facta es et
suavis in deliciis tuis. Et odor Lectio xii.
Sunt non nulli qui dum plus terrenam substantiam quam oves
diligunt merito nomen pastoris perdunt. De quibus pro
tinus subditur. Mercennarius autem et qui non est pastor
cuius non sunt oves proprie videt lupum venientem et dimittit o
ves et fugit. R. Hec est ierusalem civitas magna celestis orna
ta tamquam sponsam agni. Quoniam tabernaculum facta est alleluia. V. Porte
eius non claudentur per diem nox enim non erit mea. Quoniam Secundum Io
In illo tempore. dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor hannem
bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mer
cennarius autem et qui non est pastor cuius non sunt oves proprie vidit
lupum venientem. et dimittit oves et fugit. Et lupus rapit
et dispergit oves. Mercennarius autem fugit. quia mercennarius
est et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus.
Et cognosco meas. et cognoscunt me mee. Sicut novit me
pater. et ego agnosco patrem. Et animam meam pono pro ovibus
meis. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili. et illas
me adducere et vocem meam audient. Et fiet unum ovi
le et unus pastor. Amen. collecta Deus qui filii tui humi.
In laudibus capitulum Benedictio et claritas. Ad benedictus antiphona
Ego sum pastor bonus qui pasco oves meas et pro ovibus